



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Exercitoria actione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Heres tamen filii hoc beneficium non habet, sed ipse tantum, l. sed si ex parte. 4. §. soli autem eod. tit. l. sciendum de re iudi. P. l. maritum, & seq. solu. mar. P. neque adhuc ipse, si sit mentitus se esse patrem. l. eum qui se. 6. quod cum eo, &c. in P. Proinde in iis personis seruorum, & filiorum fa. si quis cum illis negotia gesserit, non inutiliter queritur, quomodo ei consulatur. ¶ Quare si iussu domini cum seruo negotium gestum erit, vel cum filiofam. in solidum aduersus dominum & patrem, actionem prætor pollicetur. Scilicet, quia is qui ita contrahit, fidem domini, vel patris securus videtur, §. 1. & §. si iussur, quod cum eo. ap. iust. l. 1. quod iussu. in P. l. 15. tit. 4. ¶ Iussus, est mandati species: verum tamen personæ, quæ in potestate sunt, faciunt differre iussum a mandato, l. 1. §. sed est eod. P. ideo, vt mādatum, iussus erit generalis, & specialis, & liber, ideo si quis contestatus sit, quod vult cum Sicho seruo meo negotium gerere, potes periculo meo, videtur ad omnia iussisse, ni certa lex aliud prohibeat, d. l. 1. §. iussum autem. Specialis autem iussus, si certam seruo, actorive dominus vel pater iusserit numerare pecuniam, l. si. quod cum eo qui in alie. potest. P. vel aliter contrahere, l. si domina. ad senat. Velleia. P.

¶ Res quæ geri iubentur, sunt quælibet negotia, quæ aliis, quam potestati subditis mandari possunt. Personæ quæ iubent, sunt pater & dominus, quibus potestas permittitur, l. potestatis, de verb. sign. P. Item si tutoris iussu seruo pupilli creditum sit, si ex vtilitate pupilli sit, in pupillum datur actio quod iussu, vt si iussu domini, ancillæ, & iussu patris filiz creditum sit, l. 2. quod iussu. P. l. si domina. 25. ad senat. Velleia. P. Item si iussu eius qui administrationi præpositus est, cum seruo ciuitatis contractam est, quod iussu cum eo agi potest, l. 4. quod iussu. P. Si iussu fructuaril erit cū seruo contractum, item eius cui bona fide seruit, Marcellus putat in eos dandam, quod iussu actionem, quod Vlpianus probat, in l. 1. §. si iussu, quod iussu. P. Item si curatore adolescentis, vel furiosi, vel prodigi iubente, cum seruo contractum sit, putat Labeo quod iussu dandam actionem, in eos quorum seruus fuerit. Idem est & in vero procuratore: sed si verus procurator non sit, in ipsam potius dandam actionem, idem Labeo ait, d. l. 1. §. si. Si pupillus iusserit, vti que non tenetur, nisi auctore tutore iusserit, d. l. 1. §. si pupillus, quod iussu. P. sicuti nec obligatur quod iussu, qui iussit cum alieno seruo contrahere, quamuis ille seruus in potestatem iubentis postea venerit, l. 2. §. si. quod iussu. l. 3. §. quod si quid admittit, de suspensis tuto. P. §. si extraneus de noxal. act. mandati tamen nomine obligatur iubens. Si vnus ex dominis serui iussit contrahi cum eo, is solus tenebitur: sed si duo iusserint, cum quouis in solidum agi potest, quia similes sunt duobus mandantibus, l. si. §. si. quod iussu. P.

¶ Forma iubendi in mente consistit, & voluntate, neque interest quis testato, siue per epistolam, siue verbis, aut per nuntium, siue specialiter in vno contractu iusserit, l. 1. §. iussum autem, quod iussu. P. siue mandauerit dominus, dicit. l. 1. §. sed est mandauerit. l. si mandator. §. quod cum eo. C. aut serui chirographo subscripserit, d. l. 1. §. sed est serui. vel ratum habuerit quod seruus eius gesserit, vel filius, d. l. 1. §. si ratum. l. hoc iure. §. 1. de reg. iur. P.

¶ Commendatitiz literæ domini, vel patris, pro seruo & filiofam. non dant actionem, quod iussu, si li quibus commendantur harum intuitu contraxerint cum illis, l. si. C. quod cum eo qui in alie. pot. &c. quia ea non fuit mens scribentis, Quæ inspiciuntur, quæ admodum si dominus, vel pater esset principaliter contracturus, puta pecuniam mutuaturus, iussit seruo, vel filio numerari, cessat actio quod iussu, & datur in dominum aut patrem certi condictionis, l. si. quod iussu. P. ¶ Et tamen hæc prætoriam actio quod iussu, d. l. si. quod cum eo qui in al. pot. C. vnde & absolute dicitur honoraria, l. si domina. 25. ad senat. Vellei. P. & cessat vt plerunq. vbi ciuilibi locum habet. Finis eius actionis, consequi quod fide alterius gestum vtiliter est: vnde & diligenter fines eius quod iubetur seruandi, quia non tenetur ex hac quis, nisi quatenus iussit, l. 3. quod iussu. P. vt & in commodato placuit, l. diligenter mand. P. cum sim. ubi nota.

De Exercitoria actione. Cap. 9.

P. Lib. 4. tit. 1. C. lib. 4. tit. 25. Wesenb. Meyer.

- 1 Exercitoria actio que.
- Exercitoria in dominum nauis, pro præposito in solidum datur eod.
- 2 Res de quibus in ea contrahitur.
- 3 Nauis quæd.
- 4 Exercitoria causa persone.
- 5 & 9 Exercitor nauis quis est.

- 6 Auerfione nauem conducere quid.
- 7 Magister nauis quis.
- 8 Nauis quis.
- 9 Nauis, canpones, stabularii, &c. editum quando competat.
- 10 Canpones, nauis, & stabularii suorum famulorum præstanti. Titum male.
- 11 in Nauis pro rebus illatis actionis ultra prætoriam, nauis canpones &c.
- 12 & 14 Nauis, & caupo, aut stabularius, quando pro rebus illatis non teneantur.
- 13 Caupo hospites non potest recufare.
- Nauis non potest navigare volentes reuicere, sed cogitur suscipere eod.
- 15 Nauis, canpones, stab. &c. actio rei persecutoria est, & in herede, heredes datur inibi, & reliqua quæ huius actionis sunt.
- 16 Exercitoria actione quid consequamur, & eius differentia cum ea quæ nauis, canpones, stabu. &c.
- 17 Exercitor quando non tenetur de factio magistri nauis.
- 18 Exercitoria quomodo tenetur exercitor pro præposito nauis.
- 19 Exercitor tenetur de contractu factio cum magistro, non si committibus nauis, quamuis de eorum delicto tenetur.
- 20 Exercitoria actionis finis, & nauis canpones, &c.
- 21 Rationes.

Vltimianus ¶ exemplo actionis quod iussu, & eadem ratione, prætor em pollicetur duas alias actiones in solidum, exercitoriam, & institoriam, tradit, §. eadē ratione, quod cum eo. & C. apud iust. di. p. in l. fin. de institor. act. C. Exercitoria tunc habet locum, cum quis seruum suum, vel alium magistrum nauis præpositum, & quid cum eo eius rei gratia cui præpositus erit, contractum fuit, d. §. 1. eodem. & l. 1. de exerc. act. P. l. 1. C. de inst. act.

¶ Res quæ huic actioni dant causam, & de quibus contrahitur, sunt nauis, merces emendæ vel vendendæ, conductio vectorum, armamenta, l. 1. §. magistri autem de exerci. actio. onus vehendum locatum, aliaque res viles nauiganti emtæ, vel ad refectio-nem, vel mercedem vectorum. Si quid enim extraviu nauigii vel nauis contractum est, hac actione a domino præponente non re- petitur, nisi & ad aliud expresse mandatum fiat, d. l. 1. §. non autem ex omni causa.

¶ Nauem accipere debemus, siue marinam, siue flouilem, siue in aliquo stagno nauiget, siue syneridia sit, d. l. 1. §. nauem aut.

¶ Perlonge quæ interueniunt in hac causa, sunt dominus præ- ponens, seruus, vel alius præpositus institor, exercitor, magister, nauis, remiges. Dominus qui præponit aliquæ nauis, & dominus nauis est, & aliquando non est dominus, d. l. 1. §. magistri autem & §. exercitorem. nihil autem interest cuius sit sexus, d. l. 1. §. magistri autem, & §. exercitorem. §. in potestate. l. et si a muliere. 4. C. de inst. acti.

¶ Exercitor, is est, qui præpositus est nauis regendæ, ad quem ob- uentiones & reditus omnes nauigationis perueniunt: siue is do- minus sit, siue a domino nauem per auerfionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. Neque interest, is ne fuerit masculus, foemina, seruus, liber, paterfamilias, au filiusfamilias. In pupillo tamen exigimus tutoris auctoritatem, d. l. 1. §. exercitorem.

¶ Auerfione nauem conduci dicunt, quando non ad nume- rum certarum amphorarū, l. si. §. si. ad le. Rbo. de iact. P. sed vnuer- sa nauis quequid poterit deferre, conducitur, periculo condi- centis, l. 4. §. fin. l. si quis viua §. auerfione. de peri. & comm. rei vend. P. l. quod sepe. §. in bis. de contra. emptio. P. l. opus quod. 3. loca. P.

¶ Magister nauis, cui totius nauis anchora, id est, admitti- stratio mandata est, l. 1. §. magistrum nauis. de exerci. P. siue is præ- positus sit ab exercitore, siue ab alio magistro, d. l. 1. §. magistrum autem. Magistri porro imponuntur, vel locandis nauibus, vel ad merces, vel vectorib. conducendis, armamentisve emendis, d. l. 1. §. magistri autem. de institore proximo dicitur capite, Deo fauente. ¶ Nauam accipere debemus, inquit Vlpianus, eum qui nauem & exercet, quamuis nauæ appellentur omnes, qui nauis nauigandæ causa, in nauis sunt: sed de exercitore solummodo prætor sentit, l. 1. §. 1. nauis, caupo, stabula. vt receperit. l. 4. P. tit. 9. Neq. enim de- bet, inquit Pomponius, per regimen, aut mesonauam obligari, sed per se, vel nauis magistrus. Nautarum quoque nomine veni- ent exercitores ratium, lintarum, nauicularum, nauiphylaces, præpo- siti custodiendis nauibus per exercitorem, qui & horum no- mine tenetur, l. 1. §. & sunt quidam. & §. seq. eod. tit. nauis caupo.

¶ In forma exercitoria actionis, distinguendæ sunt formulæ con- tra-

contrahendi: nam aut nautæ (quod & stabularii receptum est) recipiunt quod cuiusque saluum fore. Et tunc si non restituant, datur actio prætoria ex edicto: nautæ, cauponæ, stabularii, & in eos, qui nauim, cauponam, aut stabulum exercent, ad quos videlicet questus, & reditus nauis, cauponæ, aut stabuli peruenit. Ex eo enim, quod exercent nauim & cauponam, stabulum, videntur polliceri securitatem & custodiam rerum nauigantium, viatorum, & iumentorum: & ideo æquum est ipsos de eorum periculo & damno teneri, quod ibi per se, vel suos dari fuerit: quia necesse est plerumque eorum in fidem sequi, res custodire eorum committere. Nec putet quispiam, ait Vlpianus, aduersus eos grauius hoc constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, ne quæ recipiant, d. l. §. nautæ, caupo, id est, liberum eis est, non vellet cauponam, vel nauim exercere, vel habere stabulum: sed cum semel cauponam habent, non est eis liberum. Nautæ periculo sunt omnes res in nauim misse, assignatæ, & non assignatæ, & eo ipso quod in nauim misse sint, receptæ videntur. Recipit itaque omnium custodiam, quæ in nauem illata sunt, & factum non tantum nautarum, sed etiam vectorum, id est, eorum qui vehuntur exercitor debet, l. 1. §. fin. §. 3. & l. debet, 7. nautæ caupo. Sicut & caupo viatorum, l. 1. eod. tit. P. sed & mercas non receptæ in nauim, quæ in litore perierint, ad periculum eiusdem pertinent, l. 3. §. idem aut nauis, caupo, stab. P.

10. §. Factum est præstantissimi exercitores suorum nautarum, & famulorum: quia ipsi eos suo periculo adhiberunt, l. fin. in princ. calpe videlicet nomine, quia tales qui non exerunt, vel damnum fecerant, adhibuerunt: ideo si illi decesserint, non releuabuntur, d. l. fin. §. hoc autem actione. At distinctio tamen de seruis adhibendis in conde. natione: nam suorum nomine noxali duntaxat tenentur, in solidum pro alienis. Nam cum alienos adhibent, explorare eos oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis venia digni sunt, si qualescunque ad instruendam nauim adhibuerunt, d. l. fin. §. seruorum, l. 1. §. serui fuerint aduersus nauis, lib. 47. P. tit. 5. nec tamen in munes ad edicto sunt: ne materia daretur, cum furibus aduersus eos, quos recipiunt coeundem, cum ne nunc quidem abstinere ab huiusmodi fraudibus, l. 1. §. 1. nautæ caupo, P. §. Pomponius. Etiam hanc honorariam actionem in dactum esse putat, ut non referretur prætorum agere reprimendam improbitatis huius generis hominum: quamvis actiones ciuiles pro iisdem causis dentur: ut si perierint res nauæ conduxerit, ex locato, si gratis res susceperit, ex deposito: eo quod in locato, & conducto culpa in deposito duntaxat dolus præstat.

11. §. At hoc edicto omnimodo qui cooperit, tenetur, etiam si sine culpa eius res perierit, vel damnum datum est: nisi si quid damno fatali contigerit, vel naufragio, vel vi pyratarum: aut si in stabulo, aut caupona, vis maior contigerit, l. 3. §. sed si tota cum §§. seq. eod. nautæ caupo, stab. teneturque de incendio, l. si vendita 11. de peric. rei vind. P. furto, & similibus, l. cum duob. §. 2. §. damno, pro foc. l. nautæ, §. fin. nautæ caupo, sta. Et licet gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris, non tamen actiones tibi denegabuntur, si damnum iniuria, l. licet, 6. eod. tit. passus es. Obseruatur tamen in facta actione cauponem teneri, pro his qui habitandi causa in caupona sunt, non etiam pro eo, qui hospitio repentino recipitur, ut viator est, d. l. licet, §. in factis, §. l. 1. §. caupo, aut si, fur. adue. nau. P. si ex maleficio eius agatur per eum commissio: contra si de illatis agatur receptis, glo. in d. l. licet, §. in factum.

12. §. Sic etiam nautæ, vectorum in nauim factum non præstat, quia quemadmodum caupo non potest repellere inter ageates, sic nec nautæ nauigatos, seu vehendos eligere vel reicere potest, d. l. 1. §. si fur. adue. nau. P. In electione autem est eius, qui furtum passus est in nauim, caupona, aut stabulo experiri actione honoraria aduersus nautam, cauponem, aut stabularium: aut ciuili contra furem, d. l. 1. §. si fur. aduersus nauim, P. l. pon. §. postumus nauis, cauponis d. 3. §. fin. eod. tit. in l. fin. §. si em si prædixerit, nautæ, caupo, sta. P. art.

13. §. Excipit Vlpianus casum, ut si prædixerit nautæ, caupo, stabularius, ut vauquique vectorum, aut viatorum res suas seruet, neque damnum se præstituram, & consenserint vectores prædictioni, ut tunc non conueniantur, l. itaq. §. 2. de adil. edict. in P. Itē si extra nauim damnum datum sit, d. l. fin. in princ. & §. si damnum sibi nautæ dederint, non tenentur exercitor, eod. d. l. fin. §. hoc actio. 4. si extra negotium quod gerendum susceperint, nautæ, caupo, stabularius, aliquid susceperint, non tenentur dominus, aut qui præposuit, l. 3. §. eo modo, nautæ caupo, stab.

14. §. Actio edicti nautæ, cauponæ, stabularii, &c. rei perfectionem, ut Pomponius ait, cōtinet, & ideo heredi & in heredem,

& perpetuo datur, l. 2. §. hoc autem actio nauis, caupo, P. Et in dupli, l. fin. §. hoc actio, hoc duplum omne, panam glo. in rubr. nauis, caupo, sta. utpote ex quasi maleficio, quando datur ob furtum, vel damnum admissum a præpositis contra præponentem, utpote quod a suspicio ne maleficio alienus non sit, qui maleficos præpoluit, §. penult. de oblig. quæ ex qua delict. Verum tamen in quantum pœnalis est, & extra rerum perfectionem in heredem non datur, l. fin. hoc iudicia, nauis, cas. sta. P. Si plures nauem exercent, vauquique pro parte, qua nauem exercet conuenitur, d. l. fin. si plures. Quod tamen verum tantum est, in hac formula nautæ cauponæ, &c. dum de receptione rerum per has personas, & postea de earum amissionem queritur. §. Ac paulo aliter in alia formula dicitur 16 exercitorie actionis: in qua agitur de contractu inito cum præposito, vel magistro nauis: in qua si plures nauem exercent, cum quolibet eorum in solidum agi potest, l. 1. §. fin. §. l. 2. §. l. si tamen, 4. de exerc. actio. P. remanente tamen facultate soluenti, agendi contra alios iudicio societatis, l. 3. eod. daturque heredibus, & in heredes, & perpetuo, l. si tamen 4. §. fin. eod. tit. Est autem electio actoris, qui contraxit cum magistro nauis, num contra magistrum, seu institutorem, an contra exercitorem velit ex persona magistri agere: ita tamen, ut electione facta vnus, ad alium non possit redire, l. 1. §. est autem nobis, §. §. hoc actio, eod. tit.

17. §. Potest etiam tamen ueri exercitor contra factum magistrum, si is momentum cui præpositus fuit egressus est, l. 1. §. igitur præpositis, §. §. sed et si certis, de exerc. actio. P. & si in aliam rem, quam esset præpositus mutuatum est, in d. l. 1. §. non autem, §. l. fin. eod. tit. Verum tamen non ideo creditor onerandus probatione est, quod pecunia mutuata sit erogata in rem, cui infitor vel magister fuit præpositus: sed sufficit exigere, ut sciat in hoc se credere, cui rei magister sit præpositus: & in eo aliquam diligentiam creditor debet præstare contrahendo cum infitore, ut sciat infitorem in eo quod contrahit præpositum, & ne mutet amplius, quam necessarium sit rei: non enim illud quod supra necessitatem negotii commissi impenderet, & mutaret, repetere ab exercitore, vel domino postet, d. l. fin. quamuis recte cum infitore vel magistro, ex eo quod cum eo contraxit agere postet, l. si cum, §. §. item si seruus, eod. §. Diueria est quoque ratio in eo quod exercitor tenetur solum 19 de contractu factio cum præposito, seu magistro nauis: non autem de contracta factio cum nauis seu remigibus: quamquam ex delicto & culpa eius eorum, qui nauis nauigandæ causa in nauim sunt, datur actio in exercitorem. Alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit, contrahi cura eo, permittit; qui nauis habet, non contrahi cum eis, permittit, sed culpa & dolo carere eos curare debet, l. 1. §. sed si cum, quolibet nautarum, de exerc. actio. Estque naualis lex ea de re Iustitiani hæc, si nauis nesci ante tōn συναρταγρητων τὸν ναυτὸν ἐξ ἐνέργειας, ἀλλὰ δὲ τὸν ἀναρταγρητων ἐνέργειας, id est, Nauisleri, ex contractibus nautarum non obligantur, ex delictis tamen eorum, qui nauis nauigandæ causa in nauim sunt tenentur, in legib. Græcis Justiniana.

16. §. Funis istius actionis, ut ceterarum est, ut tuta sint ab omnidamno nauigantium, ut in edicto nautæ, cauponæ, stabularii, viatorum res. §. Ac tunc cur exercitor tenetur de nauis, & magistro, & cauponæ, & stabularii de præpositis & seruis suis, iam ratio tradita est, quod participes videantur scelerum, qui tales præposuerunt, §. fin. de oblig. quæ ex quasi de. Alia necessitas, quæ sæpe nauigare vrget, & quia locus, nec tempus patitur deliberandi consilium, & ita cum ignari interdum cuius sint conditionis, vel quales sint magistri propter necessitatem nauigandi, cum illis contrahamus, æquum fuit eum, qui magistrum nauim præposuit teneri, l. 1. de exerc. actio. alioquin contrahentes deciperentur, d. l. 1. §. magistrum autem. Quo fit, ut ex contrario nauem exercenti, aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actione prætor eandem non polliceatur: quia non eodem auxilio indigeant, l. 1. §. sed ex contrario, eod. tit. sed datur in eos alia actio, mandati cessione facta actionum a magistro exercitori, l. si eum qui, §. eo. tit. quod tamen diuersum est in institoria actione, l. 1. §. si, §. l. 2. de inst. act. P.

17. §. Sic etiam nautæ, vectorum in nauim factum non præstat, quia quemadmodum caupo non potest repellere inter ageates, sic nec nautæ nauigatos, seu vehendos eligere vel reicere potest, d. l. 1. §. si fur. adue. nau. P. In electione autem est eius, qui furtum passus est in nauim, caupona, aut stabulo experiri actione honoraria aduersus nautam, cauponem, aut stabularium: aut ciuili contra furem, d. l. 1. §. si fur. aduersus nauim, P. l. pon. §. postumus nauis, cauponis d. 3. §. fin. eod. tit. in l. fin. §. si em si prædixerit, nautæ, caupo, sta. P. art.

18. §. Excipit Vlpianus casum, ut si prædixerit nautæ, caupo, stabularius, ut vauquique vectorum, aut viatorum res suas seruet, neque damnum se præstituram, & consenserint vectores prædictioni, ut tunc non conueniantur, l. itaq. §. 2. de adil. edict. in P. Itē si extra nauim damnum datum sit, d. l. fin. in princ. & §. si damnum sibi nautæ dederint, non tenentur exercitor, eod. d. l. fin. §. hoc actio. 4. si extra negotium quod gerendum susceperint, nautæ, caupo, stabularius, aliquid susceperint, non tenentur dominus, aut qui præposuit, l. 3. §. eo modo, nautæ caupo, stab.

19. §. Actio edicti nautæ, cauponæ, stabularii, & ceterarum rei perfectionem, ut Pomponius ait, cōtinet, & ideo heredi & in heredem,

Ad legem Rhodiam de factu, & de quibusdam aliis legibus nauticis.
CAP. 10.
Tit. 2. Lib. 14. P. Wesm. Meyer.
1 Rhodienses leges unde dicta.
2 Nauales leges portus locorum, quam communes sequende.
3 Nauales leges de rebus nauigationis qua.

